cuiusdam Tolmeatoris Valachici probare intenderet. Nos cum Consiliarijs et iurisperitis nostris eo considerato quod causa haec tot annis iam agitata est et Judaei praedicti Bochnen. satis superque benignitatis nostrae experti decreto tamen nostro satis non fecerunt neque Judaeos praefatos tam Jacobum autorem criminis quam sponsores ipsius coram nobis statuerunt. Ideo inhaerendo eidem priori decreto nostro, visaque protervitate et temeritate eorum eandem poenam depertationis iam antea super eisdem latam ad effectum deducendam decernendam duximus decernimusque ut omnes et singuli Judaei quotquot in Civitate Bochnen. et circa eam commorantur ex ea migrent et domicilia inde alio quo voluerint transferant idque in duodecim septimanis a data praesentium computandis peremptorie sub poena confiscationis omnium et singulorum bonorum quorumcunque post decursum duodecim septimanarum sub iurisdictione civili et Advocatiali Bochnen. reperientur. Neque amplius perpetuis temporibus in eam civitatem habitationis gratia redeant neque ibi quocunque praetextu sive famulatus sive ex conducto et locato sive alio quocunque colore tam in ipsa civitate quam in fundis et suburbijs tam civilibus quam Advocatialibus et alijs quibuscunque bonis sive nostris sive Nobilium tam spiritualium quam secularium personarum ad duo milliaria circum circa Civitatem Bochnen. iacentibus subsistant sub eadem poena confiscationis omnium bonorum et in personas etiam Judaeorum ibidem repertas gravioris pro arbitrio nostro animadversionis. Cuius rei executionem realem iam exnunc et in posterum committimus Famatis Proconsuli et Consulibus Civitatis illius Bochnen. quibus serio mandamus, ut praesens decretum nostrum tempore superius expresso elapso et semper in posterum realiter sine ulla cunctatione exequantur sub poenis arbitrio nostro irrogandis. In cuius rei fidem etc. Datum Crac. Feria quarta ante Festum Sanctae Catherinae proxima Anno Domini 1605

Decretum bannitionis

Sigismundus etc. Significamus

Supplicatum nobis esse ut literas decreti infrascripti ex Actis Cancellariae nostrae minoris describi atque in forma authentica extradi mandare dignaremur quarum tenor sequitur et est talis

Sigismundus etc. Significamus

Devolutam fuisse ad nos et Judicium nostrum per viam apellationis

a sententia officij Castren. Capitanealis Junivladislavien. interpositis
causam et actionem inter Instigatorem officij Castren. Junivladisla-
vien. ex delatione Nobilis Valeriani Monteluppi olim nobilis Se-
bastiani Monteluppi nepotis et successoris legitimi actoris et ac-
cusantem et Generosum Joannem Chrzanowskij Vexilliferum Junivladi-
slavien. ad bannieendum et proscribendum citatum ratione denegatae
numerationis in bona illius omnia in mobilibus pecunijs peculijs portis damnisque
per eundem delatorem citato vice residui debiti Trium Millium florenorum
ex contractu arendae contributionis aquatica adnegatum cum pro facto
defuncto inito nec Thesauro Regni profatoque actori uti successori
legitimo persolutae ex Thesauro vero Actori ad supplicationem
ipsius numeratae. In qua causa Judicium Castren. Junivla-
dislavien. reiectis uti sero et non in suo termino illatis citati ex-
ceptionibus decreverat eundem in causa procedere debere A quo
decreto citata pars ad Judicium Tribunalis Regni Petricoviense
apellaverat quam apellationem profatum officium denegaverat verum
eandem ad nos Judiciumque nostrum admiserat. Prout processus
causae istius de promissis latius disponit. In termino itaque
hodierno Judicij relationum nostrarum propriarum ex apellatione a
sententia assessorum Judicij nostri qua decretum officij Castren.
Junivladislavien. approbatum fuit per citatum ad nos interposita
incidente et hucusque continuato. Partibus Actorea quidem profato
Valeriano Monteluppi delatore per se citata vero per Honestum Mar-
tinum Lorkowskij Plenipotentem suum coram nobis comparentibus atque eum
terminum attentantibus et primum quidem Actore profatum Mar-
tinum Lorkowskij ad causam non admittente propterea quod
citatus iam antea procuratores suos abnegaverat. Nos cum
Consiliarijs nostris lateri nostro assidentibus Eo attento
quod idem Procurator munimenta ad eam causam pertinentia
habet, ideo eum ad causam admittendum esse duximus admi-
simusque salva actione Actori contra eundem Procuratorem reser-
vata si et in quantum citatus eum abnegaverit. Partibus
itaque appellationem dictam profatam prosequentibus Nos cum
eisdem Consiliarijs nostris lateri nostro assidentibus senten-
tiam profatam Judicij Castren. Junivladislavien. approbavimus non
quidem ex ea ratione quod citatus sero contra processum dicat
(si quidem male obtentum obijcere in quocumque termino licet) sed pro-
pterea quod citatus ratione summae thesauro nostro debitae ab Insti-

gatrix convenitur atque ita decrevimus cittatum in causa procedere debere. In ulteriori itaque processu, posteaquam cittatus certo rescripto quietationis thesauri nostri sese tueretur. Prorogatrix vero cum delatore praefato eam quietationem ad causam praesentem servire non posse deduceret eo quod ea iam antea esset vetus et decretum nostrum de solvenda eius summa restitutione intercessit tum quod cittatus propterea convenitur quod cum eam quietationem a thesauro nostro obtineret summam de qua ad praesens agitur in rationibus posuit quam tamen delatori non dedit. Ideoque decrevimus quatenus cittatus in causa respondeat. Respondendo itaque cittatus nihilominus ad producendam quietationem de summa praefata dillationem sibi dari affectabat. Nos vero eo attento quod in causa praesenti pluries intercesserint cittatus vero ad quietationem de praesenti causa sese non trahit decrevimus ut idem cittatus in causa directe respondeat. Directe itaque respondendo cittata parte ad iuramentum super ignorantiam huius processus provocante. Nos cum eisdem Consiliariis nostris decrevimus quatenus idem cittatus super ignorantiam praefatam in instanti iuret. Cum vero Plenipotens eiusdem cittati eum ipsum terminum iuramenti vera infirmitate reponere vellet. Nos inhaerendo Statutis Regni eam quoque termini repositionem parti cittatae non negavimus quatenus id ut iuris est per Nobilem possessionatum faceret. Cum vero cittati Plenipotens ad reponendum terminum praefatum neminem statueret sed intentionem in bona principalis sui iure lucrata admitteret. Nos eo attento quod Procurator absente principali talem submissionem facere non potest si quidem Plenipotentiam eo nomine sibi concessam non produceret allegationem huiusmodi locum non habere adinvenimus partique actoris ulteriorem processum contra cittatum admisimus. Cum itaque idem cittatus ter et ultra solitum quater voce ministerialis Terrestris generalis Nobilis Christophori Brzozowskj clamatus neque per se neque per Plenipotentem suum compareret. Nos cum eisdem consiliariis nostris lateri nostro assidentibus audita ministerialis praefati relatione de acclamata parte cittata facta in contumaciam eiusdem ad legitimam vero tam Prorogatricis quam delatoris praefati affectationem eundem Joannem Rudnowskj cittatum et iure victum uti rebellem et rei iudicatae temere sese opponentem in poena Bannitionis condemnavimus idque super cittorium Castrensem Junivladislaviensem ad banniendum contra cittatum edictam.

latius in suo tenore canet, atque eum de Regno et Dominiis nostris Bannitum et proscriptum esse declaravimus ac publicandam Bannitionem eiusmodi Nobilem Ioannem Gnalem praefatum Christophorum Chibowsky parti Actrici adiudicimus qui quidem Christophorus Chibowsky ad Iudicium nostrum rediens et debitum officii sui reddens recognovit se eundem Ioannem Bystrowsky pro Bannito et proscripto voce sonora in locis publicis proclamasse et publicasse. Nos vero inserendo eidem publicationi bannitionis praefato eundem Ioannem Bystrowsky tanquam proscriptum ubicunque Inventus fuerit capi et ad satisfactionem omnium promissorum uti Iuris et per loci et locorum Capitaneos sub cuius et quorum iurisditione tam persona quam bona citati inventa fuerint cogi remque iudicatam praefatam tam in persona quam in bonis ipsius executioni demandari debere decrevimus decernimusque decreti nostri rigore. In cuius rei fidem etc. Dat. Crac. Feria sexta Ante Festum Sancti Thomae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quarto Regnorum etc. Relatio etc. Domini Tilicky etc. Nos itaque Supplicationi praefatae annuentes literas decreti praefati prout in Actis Cancellariae nostrae continentur describi atque authentice extradi mandavimus. In cuius rei etc. Dat. Crac.

Saluus conductus infami

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod cum expositum nobis esset tum ex processu Iudiciario intellexissemus Iacobum Thomam Stanislaum Martinum Swier...kowskie olim Andreae Swierczkowsky Wochna filios in Iudicio Capitaneali Zakroczimensi ad instantiam Famatorum Gasparis Lubranski dicti Wymoczek de ... Bartholomei Iadowsky de Pultowsk et Andreae ... de Zakroczim mercatorum ratione ... et spolii eisdem mercatoribus in nundinis novae Civitatis Sabbatho in Vigilia Sanctissimae Trinitatis cellebratis in mercimoniis eorundem per praedictos Swierczkowskie facti in contumaciam in poena infamiae condemnatos et publicatos esse: necnon nobiles Iacobum et Martinum olim Andreae Swierczkowsky Wochna filios etiam in Iudicio Castrensi Capitaneali Zakroczimensi ad instantiam nobilis Iacobi filii olim Urbani Swierczkowsky de Swiercze Kurky et Hedvigis Brzeczky quasi pro complicitate nobili Stanislai Drusniewsky Swieczaki ratione invasionis domus in bonis Hedvigis Brzeczky illiusque obsequentibus

334